UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Subditus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

babile etiam eſt, non teneri ducere, ſed ſolū Vide Sanc. & Leſſ. *loc cit p. 3 t. 6 r.* 81 Quid agendum ab eo, qui voto Religionis aſtrictus virginem violaret ſub vera promiſsione coniugii. Vide V. *Ingredi Religionem, n* 2.

SVBDITVS.

Subditus *tenetur obedire*

Etiam in dubio de poteſtate Prælati,

2 SVbditus tenetur obedire, etiam in dubio de poteſtate Prælati, ſecundum Sanch. *in ſum t, 2. lib 6 c 3 n.* 29 quia Prælatus eſt in poſſeſſione juriſdictionis qua ſpoliari non debet per ſolum dubium. Contrarium tenet Vaſquez, & probabiliter *in 1 2. q 19 à 6 diſp 62. c 6 in fine.* Si verò adſint opiniones pro utraq; parte Vide V *Opinio probabilis n 10 p 4 t 3 r.* 8

In dubio de honeſtate rei Præceptæ

2 Sanè non tenetur obedire in dubio, an impleta ſit conditio, ſub qua ſuperior aliquid præcepit; quia præſumenda eſt non impleta Sanch *n 16* Nec ſi de honeſtate rei præceptæ, vel de exceſſu juriſdictionis dubitat etiam ipſe Prælatus, Palaus *t 1. diſp 3 punct 13 n.* 13. contra Enriquez *lib 12 c. 6 n 5 in gloſſ. lit T* Debet verò obedire, ſi ipſe de honeſtate rei præceptæ dubitaret, non dubitante Prælato ut ait Sanchez *n* 3. contra Vaſquez *n.* 51 Niſi tamen grave aliquod damnum in corpore, fama, aut rebus ſibi, vel tertiæ perſonæ immineat: quia in dubiis favendum eſt reo, & ſubditus in tali caſu eſſet in poſſeſſione, ſi non libertatis, ſaltem ſecuritatis, ſeu iuris conſervandi ſe, vel alterum à periculo. Nec in hoc, aut alio quocunque caſu, quo obedire non tenetur, excommunicari poteſt: quia excommunicatio prærequirit culpam Sanchez *n 27. p 4 t 3. reſ* 9.

3 Probabile eſt, ſubditum unius Principis, requirere, & obtinere poſſe protectionem alterius proprio inconſulto. Sed probabilius non poſſe, niſi in certis caſibus *p. 3 t 7.* per totum.

An ſubditus unius diœceſis poſſit ligari cenſura à proprio Epiſcopo, dum abſens eſt: Vide V. C*enſura, n.* 7. an ab Epiſcopo alieno, Vide V *Reus n* 1.

SVRDVS.

Surdus *tanquam miſerabilis declinat forum*

1 SVrdus omnino, computatur inter perſonas miſerabiles, & poteſt declinare forum Novarius *de lect.* 2 *q* 8. *n 6. p. 5 t. 6 reſ.* 30 & liber eſt à muneribus publicis, *l* 1 *C. qui morbo ſe excuſant.* Secus ſi ſit ſurdaſter, aut tarde audiat, *l. 2 § minus audiens, de vac. mun.* Idem *n 26 Ib. reſ.* 33 Itaque ſurdus non poteſt eſſe executor teſtamenti, Angelus V. *Executor n. 2 Ib r.* 28. Nec eligi in Prælatum *cap conſtitutionem, de ver ſign. in* 6. nec de iure civili gerere publicum officium, ut teſtatur Campanili *rubr.* 11 *c* 17 *nu* 37. *Ibid. reſ.* 20 Non privari tamen jure eligendi alios, ait Bononia *p. 2 c 4. dub.* 89. *num* 13 quamvis tutius acturum, ſi huic iuri renunciet, cum facile decipi poſſit. *Ib. r.* 13 Poteſt nihilominus eſſe teſtis in his, quæ cadunt in ſenſum non impeditum. Farinac *q 60 Ib reſ* 32 & ſi ſponte veniat, nec à Notario, vel alio fraudulenter inducatur, poſſe fideiubere, putat Richel *de contr diſp. 8 thes 1 Ib r.* 29

Et munera publica Non poteſt eſſe executor teſtamenti. Aut Prælatis.

Poteſt tamen eſſe teſtis Et fideiuſſor,

2 Surdus non poteſt aliquid donare, quod illi bene prohiberi à iure civili *in l. quidquod, § Mutus, v donare ff. de don.* tenet gloſſ. & ſanch. *de matr. t n 1 lib 1 diſp 8 num* 12 quia facilè decipi poteſt Azorius verò *to 3 lib 12 c 3. quæſt ult* hoc procedere exiſtimat, ſi ſurdus ſit etiam mutus, & Megalius *in 2, 2 lib 2 c 3 q. 4 nu* 135 ait eos ſolum contractus ſurdo prohiberi qui confici non poſſūt, niſi utroque loquente, & contractus verba intelligente; minimè verò eos, qui ſine verbo celebrantur, ut emere, vendere locare conducere: immò poſſe etiam donare, eo pacto, quo teſtari poteſt & donare cauſa mortis, iuxta *l diſcretis C. qui teſtam. fac poſſ.* Item poſſe hereditatem adire, *Ib. reſ* 12 Regulariter tamen non ſuccedit in feudo, niſi ſervitium feudi tale ſit, ait Spino *in ſpec. teſt glo. o rubr. n* 4. ut à quolibet ſanæ mentis præſtari poſſit, ut in majoricatu: ſi tamē per ſigna exteriora perfecte intelligit, ut ait Molina 1

Item donare. Et aliquos contractus efficere.

de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN